



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

9. Diuidere, quid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

Quod etiam sentit propheta in psalmo. 111.
cum dicit: Dispersit, dedit pauperibus. Et in
Euangelio, Ioan. 6. c. dicit: Distribuit discum-
bentibus. † Distribuere enim, est in plures diui-
dere. c. cum accensissent. de consti. c. fin. §. sui
autem. de concessio. prabende. lib. 6. bene fa-
cit. l. diuus Pius. ff. si cui plusquam per. l. Fal.

Quartò, dici † possent dispensatores: vt in 10
auth. vt liceat matri & auia. §. 1. col. 8. 43.
distin. c. dispensatio.

Quintò, dici † possunt ministri: quia mini- 11
sterium illis committitur. ff. de lega. 3. l. si quis
Titio decem, 33. distin. c. 1. 21. distin. ministrum.

Sexto quoq; Gardiatores dici possunt, à
Gardio, quod testamentum prouinciales appel-
ant. Ex quo infert Spe. in §. nunc aliqua. ver.
porrò. quòd si testator post legata facta nihil
officij committens, dixit: Titium Gardiato-
rem meum esse constituo, quod executor testa-
menti relictus videtur ad omnia exequenda:
maximè, si nullus hæres relictus est. vt in. ff.
de tutel. l. qui habet. §. fin. ff. de appellat. l.
Scio. in prin. ff. de adm. tuto. l. quoties. §. fi.
ff. de adulte. l. denuntiasse. 2. respon. de procu.
peti.

peti. de offic. de leg. c. pastoralis. i. responso.
 Et ratio est, vt res potius valeat, quam pe-
 reat. ff. de reb. dub. l. quoties. & l. cum in te.
 & de fide instrum. c. inter. §. ceterum. Et idem
 tenuit Ioan. And. in addi. d. §. ver. sed quid si
 dixit: facit Titum Gardiatorem meum: quo-
 niam secundum Ioan. Blan. cum dictio, vt, ap-
 12 posita, † vel sub intellecta, non denotat con-
 ditionem, sed modum, qui necessariò est imple-
 dus. C. de his, quæ sub modo, l. 2. de testi. spo. c.
 pisanis. & notat. in c. verum. de condit. appo.
 Idemq; placet Spec. in. §. nunc verò aliqua.
 ver. 12. qui incipit: quid si testator ita dixit:
 facio Titium Gardiatorem. volens per ipsum
 fieri solutionem legatorum nam videtur, quod
 habeat diuidere ac soluere suo arbitrio, cum
 testator nullam fecit diuisionem, nec personam,
 per quam fiat, assignauit: vt præalleg. l. 3. ff. de
 ali. & ciba. lega licet sit arg. contra, de offi. de
 leg. c. pastora. §. quia. & de appell. c. nouit. Sin
 autem testator fecisset diuisionem: tunc esset
 minister habens solam soluendi potestatem:
 vt. d. l. 3. ff. de ali. & ciba. leg. Quod si testa-
 mento aliquis relictus hæres esset: talis no-
 meis